doctrinam et prudentiam in gerendis rebus dexteritatem ac
pietatem singularem perspeximus, cujus etiam Scri-
ptis multis in lucem editis nomen Polonum Patriaque
nostra illustratur, et honestatur, qui praeterea ea-
exterarum, praesertim Prussicarum Rerum, ea judicioque
in aula Cancellariae Senatusque consultorum cognitione, et
denique divini humanique juris scientia, utcumque cum
illo conferri recte possint perpaucos Ecclesiae superi-
orem autem neminem. Quam ob rem cum facile intel-
ligeremus quantum ejus ipsius doctrina, prudentia,
integritas Ecclesiae Varmien., ac Universae illius Provin-
ciae commodi et utilitatis esset allatura, adduximus tunc
hunc authoritate nostra quamvis invitum ac plurimum re-
luctantem ad munus et dignitatem coadjutoriatus
suscipiendum et sustinendum, atque eo quidem liben-
tius fecimus, qui magis esset compertum nobis desiderare
hoc ipsum Ill.mum Rev.mum Dominum Cardinalem, utpote
qui Rndi Cromeri virtutem, eruditionem, ac
pietatem diuturno convictu et multorum annorum
familiaritate, arctissimaque amicitia perspectam, et
exploratum haberet. Nunc vero nobis id impensius

postulantibus